

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

1095/ 04 /01

563

*Ordoño Fernández, doente pero con todo o seu sentido, dóalle, co consentimento da súa muller e fillos, ó mosteiro de Celanova - onde pide ser soterrado - e ó abade Pedro, a sexta parte da villa de Laurio e unha tercia da de Penosiños.*

TC, fols. 193r. - 193v.

DE LAURI ET DE RIPA MINEI.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, cuius regnum et imperium permanet in secula seculorum, amen. Hordonius Fredinandiz una cum consilio atque consensu uxori mee Santia Suariz et filiorum meorum Ruderico et Geloira, libero arbitrio et recta voluntate me in Christo habentem placuit ut concederem et darem de hereditate me partem aliquam pro remedium anime mee ad monasterium Cellenove, ubi corpus meum sepelire decerno et Petri abbati, cui nunc pater monachorum ibidem extat, auctorem huius testamentum constituo, id est sexta de Laurio cum suis adiunctiones Sauto et alias in giro similiter et de ecclesia sancto Michaelae, sicuti fuerunt de comitem domno Ouveco / discurrere rivulo Pouton, subtus monte Petroso, et in Aura et in eosdem similiter ratione. Adicio etiam in Pennesinos cum suas adiunctiones et sua ecclesia sancto Salvatore tercia integra, sicut evenit mihi de avolo meo comite domno Oveco. Et iacet ultra arrogio Eires, subtus monte Silva Obscura. Hec omnia sicut supra diximus, id est de Laurio VI<sup>a</sup> et de Pennesinos tercia integras. Ut sint et deserviant ad locum superius taxatum pro anima mea et ut habeant exinde servi Dei temporale lucrum, et ego ante Deum premium repromissum. Si quis tamen, quod fieri non credimus, ut aliquis homo propinquis aut extraneis, hanc testamentum violare temptaverit, pariet post parte regis aut iudex terre illius solidos DCC, et insuper malum quod gessit ad monasterium in duplo restituat, et careat ambobus lucernis vultui sui, et lugeat penas inferorum tartari, et hoc testamentum semper plenam habeat roborem in seculum seculi.

Factum series huius testamenti kalendas Aprilis quod fuit dominica de Albi\|a\s. Era M<sup>a</sup>C<sup>a</sup>XXX<sup>a</sup>III<sup>a</sup>.

Ego Hordonius licet infirmitate in lectulo quiescentis tamen integro arbitrio Deo donante habente manu mea propria in hanc testamentum roborem inieci (signum).

Santie uxoris sue cfr. Filia eius cfr. Rudericus filius prime uxori cfr. Geloira soror ipsius cfr. Munio Guttieriz cfr. Santio Iemondiz cfr. Fredinando Menindiz cfr. Alvaro Fredinandiz cfr. Prepositus Gaudilani cfr. Pelagio Petriz cfr. Gundesindo Fredinandiz cfr.

Petrus ts. Iohannes ts. Martinus ts.

Santius diaconus et scriptor hanc scripturam testamenti a me dictam per iussionemabbatem domni Petri in monasterio prudenti vera esse cfr.